

VI, videntur ab eis esse donata amicis et senatoribus (cf. N. 1507. 1508). Recensuit huius generis monumenta et plenissime enarravit W. Meyer *zwei antike Elfenbeintafeln der königl. Staatsbibl. in München* (1879). — 1) Est Felix consul ordinarius a. 428, qui et supra N. 1295.

1299

1.

Fl. Ardabur Aspar vir illustris, com. et mag. militum et consul ordinarius.

2.

Ardabur

3.

Plinta

4.

Ardabur iunior  
pretor

Florentiae in museo, clipeus vel discus argenteus rotundus, cum imagine consulis ludis praesidentis et praeterea compluribus imaginibus minoribus, rep. in territorio Cosano in alveo rivi cuiusdam (XI 2637 vidit Bormann; enarravit W. Meyer *zwei Elfenbeintafeln der Staatsbibliothek zu München* p. 6 seq.). Titulus 1. legitur in margine clipei, 2. 3. adscripti sunt ad prolomas virorum duorum scepra gerentium, t. 4 ad imaginem adolescentis mappam tenentis. Clipeus factus est propter consulatum Flavii Ardaburii Asparis, scilicet Asparis eius, cuius consulatum fasti recensent sub a. 454, viri per magnam partem saeculi p. Chr. quinti in aula Orientis potentissimi (a. 424 dux fuit una cum patre Ardaburio expeditionis missae a Theodosio contra Ioannem, invasorem regni occidentalis, a. 461 Leonem imperatorem fecit, a. 471 occisus est iussu Leonis; cf. Tillemont 6 p. 409—415); Ardabur iunior praetor (t. 4) sine dubio est filius eius, postea consul a. 447, Ardabur (t. 2) pater eius, consul a. 427, Plinta consul a. 449 nescio qua affinitate cum illis coniunctus.

1300

1.

2.

Fl. Astyrius<sup>1</sup> v. c. et inl. com., ex mag. utriusq. mil., cons. ord.

Diptychon eburneum, cum imagine consulis sedentis, olim Leodii (Liège) adservatum (Gori thesaurus diptychorum I p. 58 cum tab.; W. Meyer *zwei Elfenbeintafeln* p. 65). — 1) Est consul a. 449, memoratus a Sidonio ep. 8, 6, 5, interdum vitio codicum dictus Asterius (cf. de Rossi *inser. chr. I* p. 325).

1301

1.

2.

Nar. Manl. Boethius<sup>1</sup> v. c. et inl. ex p. p., p. u. sec.<sup>2</sup>, cons. ord. et patric.

Diptychon eburneum, cum imagine consulis stantis, servatur Brixiae (V 8120, 1 Mommsen vidit ectypum). — 1) Videtur esse Boethius consul ordinarius a. 487. — 2) Ex praefecto praetorio, praefectus urbi secundo.

1302

1.

Rufius | Achilius | Sividius<sup>1</sup> v. c. | et inl., ex praef. | urbis

2.

patricius, | iterum | praef. urbis, | consul ordinarius.

Diptychon eburneum, servabatur Géronde (in valle Rhodanica) in seminario, nunc pars adservatur Parisiis (XII 155 partem 1. vidit Hirschfeld). — 1) Est is qui anno 488 cum Dynamio consul processit, Sividius plerumque (sed male) dictus; genus duxit sine dubio ab Acilio Glabrione Sibidio (supra N. 1281); cf. de Rossi *inser. chr. I* p. LXVIII seq.